

quod non videat Dominus, sed reliquerit terram, con-
tendunt esse quod nemo alius videat, etiam si Deus vi-
deat, cujus oculi lucidiores super Solem c. Eulebatis ma-
lam, inquit d. Deus in oculis meis & ego iudex & testis, &
ego tum, & ego vidi. Bonus qui in sensu suo cogitabit
circumspiciendum c. Dei. Immo etiam habes a nutum,
quo reddi valeas invisibilis, negat Platof fas esse in
terrore facere quod fieri publice non possit: & Cicero g.
ne siquidem Deos omnes celare possumus. Et Seneca,
etiam si sciret Deos ignorantes, & homines non visuros,
affirmabat se non peccaturum. Erubescat non peccator
tantum publicanus, prius oculos ad caelum levare:
sed sanctus Eldras pro alienis faciem levare ad Deum:
Præcipiebatur Pythagoras:

ἀγνός δὲ ἀλλοτρίων ἴσθι μὴ
Μὴ τῆς.
Facies autem turpe umquam nihil, nec cum alio nec
solus.

Verum hac de re alibi quoque dictum. Crescit præterea
inde peccatorum, si fiat ab eo cuius potestas tanta, ut nul-
lam superiorem habeat in terra, sive de temporali iurisdic-
tionem sive de spiritali, potentes enim potenter tormen-
ta patiuntur exigua contumelia & misericordia. Sed quod
attinet rurtum ad ex canticis Moysi in Deuter. prout
reddita sunt LXX. peccaverunt non ei filii vituperabiles
in præceptis suis, sed non ei filii vituperabiles,
tamen non peccaverunt, docet non peccavisse Deo,
qui non ei nocent sed sibi ipsius. Quam autem hic dicitur,
tibi soli peccavi, & alibi n. sana animam meam,
peccavi tibi, & tibi peccavimus, Patiensia, vel, ex-
pectatio Israel, docet, eos dicere se peccasse Domino
qui piam penitentiam tibi agunt, & glorificantur igno-
scens Dominus, prout paulo post habetur in hoc Psal-
mo, ut iustificeris, &c. et contracto dicit in Deuteronomio,
quod non peccaverunt ei quod talem penitentiam
minime habuerunt. Equidem bona venia tanti docto-
ris, quam ipsemet, pro singulari modestia, dat, quam-
quam quæsole perinde venerari, ut doctrina mirari cen-
seo nihil lubesse in Deuter. difficultatis, nisi iudicemus
ex autem non peccaverunt sic exponamus, non quod peccave-
runt non ipsi Deo, filii vituperabiles, aut commaculati,
aut vitiosi: sed quod non sine filii Deo, id est, ipsius
Dei, hi qui peccaverunt & sunt vituperabiles. Id Sym-
machus vertit d. iudicemus autem non peccaverunt, cor-
rupterunt se erga eum non filii omnino. A iudicemus autem
non peccaverunt, corrupterunt se et non filii ejus. Deinde
puto idem esse dicere peccavi Deo, & in Deum, nec in
Deum peccare præcisè magis significare in iis quæ ad Dei
cultum pertinent, quam quæ aliter quis peccet, & ex-
primi possint alia formula, quæ dicatur peccari Deo Prophan-
ti quæ doctores tali oratione veniam deprecantur,
ut illic apud Ovidium,

Ad eplumq; manus & splendida brachia tollens,
Da veniam Lenæ pater, peccavimus, inquit;
Sed miserere precor, speciosogripe damno.

Item apud Virgilium alius.
Ille humilis supplexq; oculos dextramq; precantem,
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit,
Ut revocet tua.

Et malum coram te feci.) Cyprianus q. & nequissi-
mum in conspectu tuo feci: August. & malignum coram te
feci: duplex esse potest sensus, vel malum fecisse in con-
spectu Dei & concilio illo, vel id quod erat malum in
oculis Dei, divinoque iudicio, fecisse. Primus est com-
munitor, simplicior, melior, cui Agellius secundum li-
cèt non improbabilem immeritò præferat, immo solum
alio refutato recipit: nam etiam crebro sic loquuntur
scripturæ, ut malum vel bonum in conspectu Dei, dicant,
quod ei placet aut non placet, quemadmodum & ubi
narratur peccatum David, dupliciter dicitur coram
Domino, in eod. d. in oculis Domini quid
incommodi habet quam ceteri cum tanto consensu tra-
dunt, expostio, cur non potius admittitur, quæ magis
obvia est, in qua nihil supplem. sicut in alia supple-
ri debet malum coram te: id est, malum quod coram
te est: Videor audite prodigium: Enter peccavi in eplum

Ad coram te: quem locum eum nostra iuxta sensum istum
comparat Chryl. & citans præterea ex Pl. 138. u. Quo-
modo a spiritibus tuis? &c. Deniq; repetitio prioris videtur
hoc membrum; aliquoties accedit, eandem sententiam
in illo & aliis repeti dicitur verbis. Nathan Dei
nomine objecit David, quare contempsisti verbum Do-
mini ut faceres malum in conspectu meo: ut scilicet ab-
sentem, ego autem faciam in conspectu omnis Israel. Memor
David primum veiborum dixit, malum coram te feci.
Si malum est, inquit de Cain Irenæus y, occidere fra-
trum, multo peius sic audacter & irreverenter respon-
dendum scienti Deo x, quasi possit frustrari eum. Pare-
mus Deo, ait Seneca, quid agis? quid machinaris?
quid abscondis? cufos te tuus sequitur: hæret hic quo-
carere numquam potes: quid locum abditum legis, & ar-
bitrum moveas? Magna vobis est, inquit Boetius a, si
diffimulare non vultis, necessitas indicata prohibitum
ante oculos agitis iudicis certentis. Hac locum ratione
fieri Clem. Alexand. b, scribit, ut quis nunquam labat-
tur, si Deum sibi ipsi adesse existimat. Meretrix adole-
scens invitans dicit, non est vir in domo, & adulter
se ipsum urget ad malum, quilibetq; peccator, non
se ipsum videt, & quis e me videt? & idololatris non
videt Dominum, non alii ad huc, non videt Dominum gne
intelligit Dominum Jacob. David accusat damnatq; Dei
b: cum non solum ut ceteri Deo præsentem peccaverit,
sed præsentem secundum peculiarem quandam modum,
quippe quam tamquam Rex ac Propheta res Divinas
magis arcane læpæstraret, atq; oculis Dei propior
veluti, & magis intime subiectus esset, ac tamquam in
regiam ipsam sui basilicam, & adyta Dei admillus, tam-
en in domo ipsius faciebat celerata multa & magna i,
& abominaciones tantas ut recederet Rex procul à fan-
tuario in suo id est ab eo quem tantifaciverat sibi. Deniq;
in faciem quomodocumque benedicebat lei, effliciebatq;
blasphemare populus nomen Domini m.

Ut iustificeris in sermonibus tuis.) Alii ex Hebr. non
loquuntur tuo nati, כַּרְרַךְ mutatis punctis potest utro-
vis modo verum, aut in loquuntur: sicut nunc habent pun-
ctis, כַּרְרַךְ beduarcha, aut in sermonibus tuis, כַּרְרַךְ be-
duarcha, dedit iud. aut sine iud. in sermone tuo; Rursum ex-
ponunt alii, ut iustificeris te quom locutus fuisti vel, ut iusti-
ficet me, hoc ultimum paraphrasit Chald. sequitur, p. ro-
pterea mundabit me, quom locutus fuisti, aut, in sermone
tuo) Putant nonnulli à primis Palverbis ad verum ulq;
quartum inclusivè pendere illud membrum cum sequenti,
quintum & partem sexti priorem includendum pa-
renthesti hoc modo, miserere mei Deus, secundum magnam
misericordiam tuam, & secundum multitudinem misera-
tionum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius locum me
ab iniquitate mea, & peccato meo mundam me: ut iusti-
ficeris in sermonibus tuis, & vincas quom iudicaris: ita ut
alia illa, quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & pec-
catum meum contra me est semper, tibi soli peccavi, & ma-
lum coram te feci, sint inserta ut probaret necessitatem
misericordiar, quia ipse probe intelligeret gravitatem
miserit sue. Hoc non admodum refert. Illum magis
scitu necessarium, particulam (ut) quod aliis monimus,
accipi nonnumquam casualiter, interdum consecutive
dumtaxat. Accepit terra pro utinam, quæ in Latin-
no sermone sit vera, non tamen utinam istum potest habere,
Dre, דַּרְוֹאֵךְ & וְיִרְרַךְ לִמְנַחֵם. Præterea norari debet, iusti-
ficari, hoc loco, esse declarari, agnosci, haberi iustum,
hoc autem idem esse quod veracem ac fidelem in dictis,
& promissis, ista nomine sermone significari. Jam verò
promissa vel intelliguntur. Davidi propriè facta prius-
quam peccaret de confirmando regno, posteritate pro-
paganda, nalcituro Messia ex semine ipsius: vel univer-
salia & generalia de venia danda peccatori ad peniten-
tiam redeunt, non quidem apud Italam n, qui cicerit
300. nec apud Ezechielem, qui postior David annis
40. fuit, sed in pentateucho, tunc p orabus pro impietati-
bus suis, & recordabor sedere mei quod pepigi cum Jacob,
& Isaac & Abraham: & quom q dicitur pennisubine corbis
tui reversus fueris ad Deum in tuo corde tuo, & in tota
animam tuam, miserabitur tui: quamquam quidam per sermo-
nes, non promissa, sed quidpiam aliud accipiant, ut quæ
Dei nomen (Nathan Davidi renuntiaverat. Postremo
vincere Deum quom iudicatur ad iudicari, de qua re se-
paratim postea) est si quis cum illo contendat iudicio, vel
ille

ille disceptare velit, evadat superior, victoriam repor-
tet, causa ipsi ad iudicetur, pronuncietur pro eo senten-
tia, deprehendantur ac habeatur abique ulla dubitacione
Thamar, Isteri coactus illam se iustiorum.

Omissa interpretatione Paraphrasit, quam posui, ca-
pitales expostiones sunt duæ, si pro tua singulari miseri-
cordia ignoveris, fiet ut appareas, & omnium ore di-
caris iustus, verax, fidelis in promissis tuis, tum quæ
mihî fecisti quæque iusturam peccatis merui, & iam
me factam credent fortasse multi, tum quæ universè
omni penitentis, ut ei parceres. Veri fateor peccasse
graviter contra te, ac prave libenter fero, scriptisque
mando ut si agatur inter me, & te causa apud homines,
intelligat te omnes in his sermonibus, quibus me per-
prophetam tuum condemnasti, & supplicia mihi com-
minatus es, iustissimum esse, nec fici peccatum meum
ignoras, meve innocentem arbitrans, de tua
male sentiat, aut obloquatur providentia iustitiae, quæ
quasi male tradidit me merentem: sed potius miretur &
celebret rectum ac sine personarum acceptione iudici-
um tuum, ut punctis illos qui peccant, etiam si adeo
iis prius fueris, & tamen multa pro te primitens sic-
cuti mihî. Expostionem primam sequitur Gregorius,
Beda, Lyran, Cajetanus, Tielmanus, Rupertus b, B
Paulus d citans eadem hæc verba, ut probet Deum esse
veracem & fidelem in promissis, nec incedulitate a-
liorum iudicatum, evacua velle fidem eloquiorum
ejus, id est promissorum, quia Deus quidem verax, o-
mnibus autem homo mendax c, sicut scriptum est (hoc ni-
mirum loco & de dicta veracitate ac fidelitate Dei) ut
iustificeris in sermonibus tuis & vincas quom iudicaris,
non est, ne quis iure ac vere affirmare possit non fuisse
Deum fideliter promissis, eo quod aliqui mendaces illis non
adhucuerunt. Magnus hic honoris divini zelus, effectus
ad percludendum ratio; qualis, ne quando dicant gentes
f ubi est Deus coram: ecce q quem amas infirmatur.
Non potest quis urgeri magis, quam amicitie atque fi-
delitatis iure: fidelis Deus qui nobis peccata dimittet, si
confessi fuerimus b, non est alius Deus cui cura est de om-
nibus: ut ostendat quoniam non in iusto iudicari, expectans
ut miseretur, & ex tibi peccatis c, & omnes peccata
verunt, ideo egent i gloria Dei. Gloriam Deo magnam
parit confessio peccatorum, ut dixit Iulius m Achano,
hortans eum ad confitendum, ut Deus videretur iustè
stragem tantam in exercitu edidisse. Secunda expostio
est Chryl. Thomi, Theodoret, Basilii, Euthymii, Ar-
nobi, Arleni, Auctoris n questionum utriusque testa-
menti Chryl. Thomi a, eamque Olympiodorus ad ratio-
nes omnium que sunt à Deo que iustæ sunt, licet non
intelligatur à nobis, extendit. Præter hæc præcipuas
sententias, tertia est Didymi, Ambrosii, Hieronymi p
Augustini hic, & Gregorii, qui duo Apostrophon vo-
lunt esse ad Deum, nihil prolium novum & incredibile
dicere, confitendo peccatum, sic enim cognosci a se &
ab aliis, verum esse quod ex Dei revelatione dixerit,
omnes declinasse ac iniviles factos esse, Christum solum
innocentem. Quarta Eulebii, quod permiseris me cade-
re iustè admodum scilicet, atque etiam misericorditer;
(nam & iustitia ponitur pro misericordia) ut castigares
ingratiitudinem meam, & superbia frangeres, quom in
abundantia mea immemor tui dicebam me ac existima-
bam moveri non posse, atque ita cautior quidem mo-
destiorque fierem, tu verò cognosceris à me auctor eor-
um bonorum, quæ antequam peccarem, habebam.
Quinta, Origenis e lex lapsi in peccatum cognosci,
quam etiam fit hominis iusti exilis iustitia comparata ad
Divinam, & potius tamquam iniquitas ac tenebræ, ita
ut, qui hoc diligentiùs longitque discutat, non pos-
sit insidari. Sextam innuit Procopius m meritò peccati
memoria continuam haberi, doloreque perpetuum
iudicari propter illud, ut aliquando re ipsa intelligamus,
fateamus, nequamque conspici esse passiones huius tem-
poris, ad æternam gloriam, nec satis posse non videli-
ceteri detestari ac punire peccatum, unde tanti boni no-
bis iactura provenit, & adeo magnificorum promissio-
rum Dei. Septima, Philippi Solitarii x ex Theodoro
vel (Theodoro) Episcopo Heracleæ, qui hyperba-
ron hic illud agnoscit per parenthesim, de qua dixi.
Differat autem in eod. secunda, quia quod universè ibi

dicebatur de venia penitentis data, ut staret suis pro-
missis Deus, Theodoretus ac Philippus applicant ad
tempus retributionis, iudicive: quasi diceret David,
me propter penitentiam, misericordiam concessit, tum
quom in medium produxeris, meritò iudicabo eos
qui penitentiam non egerunt, sed utque ad exitum vi-
tæ peccatis inhærent. Octava Galpari & Graiar, ideo
graver me peccasse fateor, crimen divinum, me ipsum
iudico damnoque, quia tibi hoc placere video, tum
verò, ut inde iequatur, quod quom te aliorum subicis
iudicio, (qua in re Hieronymus x bonitate Dei nobis
reddentis rationem, & agentis quasi cum patribus con-
siderat) pro te iudicent ac sententiam ferant, quam
agnoscat me longè graviores meruisse poenas, quom
sint illæ quibus à te punior, sed & sciant peccata te non
impunita finire nec parere ponit delinquenti a. No-
na, iuxta sensum accommodacionis, vel mysticum de
Christo in sua passione, in qua quam siletet & damna-
retur, iustior & in causa superior iudicatur. Diabolus
verò vincebat (qui uturpaverat potestatem sibi in
innocentem) alioque iudices ac adversarios. Hoc mo-
do Gaudentius b Brixienis, Pacianus c, Iidorus d, Am-
brosius e, Chryl. Thomi f. Eodem revocari potest
quom de futuro iudice Christo interpretatur, atque id
Epiphanius g etiam tradit. Decima etiam per accom-
modacionem traditur ab Ambrosio h simili ratione qua
precedens, de martyre cuius victoria fuit iudicium
persequens, & quom iudicatur atque condemnabatur,
tunc vincebat, ac prostermeret, quia tali iudicio non
erat additus ad mortem sed absolutus ad requiem quod
est vitæ non peritisse. Undecima liberior istis, quoniam
tibi soli peccavi, quare tuus es absolutus omnium
Dominus, nec ulli omnino subditus, potes cognoscere
ac remittere injuriam abique ulla proliis iustitacione,
ita ut salva maneat iustitia tua, & commendabilius red-
datur misericordia atque benignitas. Legi expostionem
istam apud Salmeron k nostrum. Mazzarinas l innuit
duodecimam, si quis conqueritur & cauitur iustitia
repugnare, ut parcas & te vincas iustitiam penitentia,
fallitur. Vincere esse ita vincas, qui penitens dono
gratia tuæ vincit: & ex inimico reddere obsequen-
tem verum, ex inferni mancipio Diaboli adversarium,
ea re patronum iustitiae, nobile & excellum vincendi
genus est. Præterea exaltabit lingua mea iustitiam tuam.
Videatur decima tertia Ambrosii m: toties inculco,
peccasse inquam, ut mihi unum tribuam peccatum, quoniam
quæ per te sunt iustæ, tibi debent omnia Deo,
qui vincit quom iudicatur. Vincit semper Deus in omni
iustitia & iudicio suo; & eius providentia, in sui dispo-
sitione non fallitur. Fortassis ultimum in creaturis con-
didit hominem Deum, ne de aliis quom crearentur vel
priusquam crearentur iudicaret curiosus velleret: &
eodem de causa ex dormientis latere uxorem eduxit, ne
formam & qualitates præciberet.

Et vincas quom iudicaris.) Ita etiam Hieronim in Bibliis
Regiis, nisi quod habet dum pro, quom, ut & alia Pal-
teria, alique, sed apud Victorium, quom iudicaberis:
apud Treverum, quom iudicatus fueris, sicut & in capite
23. Itaque alii & sic purus quom iudicaris, vel, appareas mun-
dus quom iudicabis, Chald. purum reddes me quom iudi-
caveris. Quo item pacto sed per imperandum & obsecran-
di modum, Campensis Hebraum verbum וְיִרְרַךְ לִמְנַחֵם
active, nentis conjugationis in piel significat velle
mundabit, vel si esset in niphil וְיִרְרַךְ לִמְנַחֵם, in pas-
siva voce significaret mundaberis, &c. Quomodo sane
LXX. & Hieron. legerunt, qui enim vincit in iudicio,
purgatur: quam vis teste Ricardo Cenomano in vocabu-
lario editionis Hispanice & in harch seu dictionario
Chaldæo, idem verbum significat etiam vincere & pos-
set esse in Kal. וְיִרְרַךְ לִמְנַחֵם, vincere quom iudica-
tur Deum, sive quom quasi disceptat in iudicio & con-
tendit, erit in niphil idem quod in priori membro ju-
dicari in sermonibus, hoc est iuxta expostionem secunda-
dam in iis que contra ipsum nomine illius, Nathan ei
renuntiaverat. Aliud verbum Hebr. cum littera servili
& cum affixo וְיִרְרַךְ לִמְנַחֵם, significat proprie reddidit ei
iudicare se, sed passive declarandum supplemum est; ali-
quom, id est, quom aliquis iudicabit vel iudicatur, quod est
quom iudicaris ab aliquo, aut quom iudicaberis vel iudi-
catus fueris ab aliquo: & apud Hebræos quom vis affixi-
væ vocis habent interdum significacionem passivæ. Ali-
ceteri in 2. Tom. II.

f. o. 7

R. bi

in locum. Ex Ati. Quocirca reprehendo memet acris, nec peccatum
 Angelo lili Episcopi. Veritas non potest dici scire valeo imputare imprudentia, sed propterea peccasse per
 parte scire ante animi conceptum non potest dici scire valeo imputare imprudentia, sed propterea peccasse per
 concipi in peccato, nisi prout illa materia per commisum in gratitudinem, ipem vero ac fiduciam ex di-
 concipi in peccato, nisi prout illa materia per commisum in gratitudinem, ipem vero ac fiduciam ex di-

primam animi bieu. anima peccatum contrahat, & conse-
 quenter secundam alias potentias, iuxta opinionem
 quod gratia distinguitur à charitate, vel non dis-
 tinguitur: peccatum autem consistit in privatione
 gratia per se, aut si non differt à charitate in pri-
 vatione illius. Conceptio lunata pro toto tempore
 quo proles iam concepta formatur, & in utero con-
 sovetur calore materno, quod alendi verbo explicat
 Augustinus, facit ut locus hic melius intelligatur
 de peccato prolis, non verò de peccato parentum:
 nullum enim horum tunc peccatum intervenit. Sed
 nec in omnino prima conceptione peccari potest,
 quæ accidit post ipsam commixtionem maris & femi-
 næ. Porro quia mater sola propriè concipit so-
 vetq; & calefacit scum interno calore, ideo co-
 lam matrem nominavit David: etiam præcipua
 causa efficiens prolis sit Pater: & si sola Eva pec-
 casset non item Adam, originale peccatum in con-
 ceptum non esset, ut omittis alius Augult. a ape te
 libit, quia solus erat caput omnium hominum &
 uxoris Evæ, eratq; cum illo solo pactum Dei. Ex
 dictis sequitur, omnem ex Adam descendentem per
 vnam feminulem & usitum generationis modum,
 contrahere peccatum originale, aut certè contrahere
 debere, nisi divina gratia privilegio præveniat,
 quod privilegium Deiparæ conceptum pronò
 assensu opinatur maxima pars, serèq; tota Ecclē-
 sia; tamen nondum voluerit in fidei Catholice
 materiam proponere, sicut definit, quod caruerit
 omni actuali etiam veniali peccato b: cui tamen
 dam negare Mariam peccavisse in Adam hoc est,
 peccatum contrahere debuisse, ut Petrus à Galati-
 nis, Johannes Viguerius e, Ambr. f Catharinus,
 quasi Deus in pacto illo cum Adam exceperit il-
 lam ob merit. Christi prævita, quamvis non ut re-
 demptoris ipsius. In temeritate non carere, ubiq;
 e rote dicit videtur Suavi nostro g, quim scriptura
 & Petrus Christum omnium omnino tempore
 nominent, & omnes affirmant in quibus mois per-
 transtulit peccavisse in Adam. Lege Antonium Cor-
 dubensem b.

Omitam hie de senario dicere numero Veneri dica-
 to, & proficiationis, multiplicationi, secunditati,
 creationi: item quod hora sexta, idest, meridie crucifi-
 datur Adam peccavisse, eademq; sit Christus crucifi-
 datus. Hæc Mazzariatus attingit, numerans verum il-
 lum sextum: & ad tem pronius addi posset quod post
 meridiem eadem fere hora sexta conceptam Bethsabe-
 da David concepivit: nec numerum admodum de-
 lector mysticis, & hic verus licet in recitando, sit
 sextus, septimus est in serie biblicæ, computato ritu-
 lo: quem si demas tantum quintus.

Ver. 8.) Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & oc-
 culta sapientia tua manifestasti mihi.

Obiicio tibi quidem Deus nature infirmitatem, &
 pravam peccandi propensionem ex originali na-
 tam peccato, ut digneris benignius mecum agere, &
 quemadmodum ignovisti peccatum illud cuius tam-
 parvus reledit effectus in me, si placeat tibi admitta
 post illud alia peccata condonare. Sed que de vitio pec-
 catoq; naturali dixi, nolim dictum à me ut excusent
 me ipsum. C. gnovi omnem tibi fœdum displicere, dis-
 simulationem, exultationem, mendaciam: veritatem
 autem, capdorem, simplicitatem tibi placere, teq;
 constantem in promissis esse, quæ dedisti de parcendo
 mihi, tùm de d. creis arcanis Divina sapientia tua: &
 velle eum justitiam tuam satisfieri: tùm de Messia tuo se-
 cisti, per quem remissio esset originalis & actualis pecca-

Ecce enim veritatem dilexisti. Hieron. demto etiam,
 enim, sicut & priorè verlu quod Euthymius Græcè va-
 care mone, d. ligiti. Aquila dicitur, voluisti: Sym-
 machus, d. dicit, viti. Alii ex Hebræo interpretantes
 pro maxime sequenti Latina voce incerta, & Græca
 ad dicitur, Hebr. נִסְתַּוּרָה בְּרַחֲמֶיךָ, necesse non ver-
 lut unicam led tamquam constatam ex nomine & littera
 דְּבַר בְּרַחֲמֶיךָ declarant, vel in misericordia vel in
 rebus, vel in crudelitate, nempe rebus qui sunt vel in
 incruentati ac obediati: pe in misericordia, vel in abscō-
 ditis, vel in intentionibus, vel in cogitationibus. Chal-
 daea paraphrasis nomen rebus exprimit כְּבֹרָה בְּרַחֲמֶיךָ
 an in rebus. Ex Hebræa lingua magistis, quidam
 volunt idem valere posse nomen כְּבֹרָה בְּרַחֲמֶיךָ.
 Abi תּוֹרָה תּוֹרָה, quod etiam in Job b reddidit
 nomine rebus, & hoc melius quod sensum respicient-
 res LXX declarant manifestare incerta, quasi di-
 ceant incertis & occultis, idest vel in animo,
 vel res occultas, arcanas, secretas, tectas veluti ob-
 ductas velo. Recenta interpretatio Hebræa, expo-
 nit Campensis, licet le lapsum David carnis impulsu
 fateat r, tamen candorem ac si sem qua fita est in cor-
 dis generalibus maxime amare solet Deum, à qua
 quom non fuerit ipse alienus, non tam peccanlo mali-
 tia, quam concupiscentia, sperare ac petere (invenio
 quod in præterito est in futuro vel optativo) ut iterum
 non dedignetur Deus occultis ut solet inspirationibus,
 solidam docere sapientiam. Cajetanus veritatem in
 rebus ait esse, de qua scriptum est Psal. cxxxii, m
 Juravit Dominus David veritatem, & non frustra
 bitur eam, & de fructu ventris tui ponam super sedem
 tuam. Quidam si reme placeat, alludere dicatur ad
 adulterium commissum; quia libidinis sedes in re-
 nibus est, qui renes ulq; ad nōdem incerpant eum
 n, & nullum vitium tenebras majores offundit men-
 ti: obest; cognitioni, veritatis (ut indicat Arias).
 Quidam præterea, ut refert Trelmanns, declarant
 Deum veritatem diligere, velle, requirere non exter-
 rius tantum, secundam simulationem operis, sed
 in intimis cordis, in intentione, in affectu: qua-
 rum rerum exigit mandatum rectitudinemq;
 suam doceat sapientiam, itaque se ingenue fateri
 peccatum Davidem dicere, & quod tanto lumine
 divinum præditus fuerit, agnoscere gravius pec-
 casse. Hoc etiam est Janenii. Atqui juxta nostram
 editionem veritas à Deo dilecta intelligitur in iis
 modis, quos posui in Paraphrasi. Augustinus, Gie-
 gorius, Rufinus, Innoc. Bedæ, & horum lectatoribus,
 nec non Græcis fere, placet veritatem spectari in eo
 quod non facit Deus impunita peccata. Cassiodorus
 & iterum Rufinus, Innoc. Euthymius, nec Græco-
 rum discrepant sententia non delictum Deum penis
 nostris, atramen confessionem veram erroris quæ-
 re, pro quo, ut ait Innoc. occulta Deus manifestat.
 Adhuc Hieron. cum quo Remigius, veritatem
 esse illam quam Davidi nomine Dei reprehenden-
 do denuntiat Nathan: vel Christum quem dili-
 genter Pater Cyrillus, et etiam intelligit præterea
 integram vitam virtuti addictam, à qua qui ab-
 unt filii alieni nominantur & mendaces in patris
 p: Lyranus, fidelitatem Dei in promissis, Gene-
 brardus, veritatem fidei, de cuius quop mysticis
 fideliter differuerit: Ambrosius, veritatem sacræ-
 mentorum novi testamenti, non umbram veteris
 legis

Deus non delictum
 penis no-
 stris, sed
 confessionem
 veram erro-
 ris requirit.

Autem regis Hieronimus peccatum & cetera. Quædam
 licentia, communiorem illum sententiam de
 catorum confessione diligentiis respicit. & cetera
 peccatum, hanc quoq; veritatem dili-
 git Deo, quam generaliter dicit: Deus qui nolli cor-
 dis occulta, tu leis opera mea & delicta mea à te non
 sunt abscondita b, quibus venia largiris. Valdè po-
 nitentis dolensq; perturbatæ sæpulis loquitur, ac le parvo
 momento in varias verbat partes. Quo fit, ut præcis
 paucis verbis multa David intelligere poterit, & ve-
 ritatis nomine res aled diverlas designare. Qui autem
 ulus erat præcedenti veritatem nativam commemorando
 corruptelam, & proclivitatem in peccando, se ipsum
 excusare, nunc vehementius accuando affirmat se inex-
 cusabilem, indicans ob priorem vitæ innocentiam char-
 am le Deo fuisse, ita ut sapientia mysteria ceteris in-
 comprehensam manifestaret, jam vero pro tam singulari
 beneficio nimis ingratum existisse, ut qui non dubita-
 vi g. avissimis peccatis se oblitiscere peccatum peccavit
 Jerusalem, propterea in scribitis facta est c, peccatorq; cir-
 cumspicitur undique gladium d: quærit fugia varia ma-
 gna veritas, idest, iustitia Dei, non peperit filio pro-
 pio, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & propo-
 situr propitiorem in sanguine ipsius ad ostentationem
 iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum,
 ut sic ipse iustus & iustis factus cum, qui ex fide est
 f Christi, & quibus novæ peccatum, pro nobis pecca-
 tum fecit, ut non esisteretur iustitia Dei in ipso g. Ita;
 severi declarata est in Christo Iustitia: dum postea
 suat in eo iniquitates omnium nostrum h, quàm si que-
 madmodum Drmones, in perpetuum nos omnes dam-
 nasset. Hujus fortissimè etiam occultis sapientia si-
 bi manifestata David intelligit, ita ut magis propterea
 timeatq; veretur priora opera, sciens quod non par-
 cat Deus delinquentis i, atq; necilli qui lubat delin-
 quentis personam, nempe filio suos nam si in scribitis
 igne hæc faciunt, in arido quid fieri k? Sine dubio diligit
 veritatem Deum, quibuscumq; modis illam velis accipe-
 re, in moribus ubiq; prosperis, in doctrina sine erro-
 re, in iustitia & iudicio, ad verus staudes, calumnias
 temeraria iudicia, in confessione contra superbiam,
 Viam istam omnem veritatis elegisse le David l alibi
 cecinit, nec quidam Dei oblitum, ut nempe saltem post
 peccatum, faceret iudicium & iustitiam, ne tradere-
 tur calumniantibus se m. In Deo ipso spectatur veritas
 secundam esse ut dicunt, secundam fidem, secundam
 fidelitatem. Odit Deus omnem mendaciam n,
 nec mentiri potest, aut fallere, aut ad mentiendum
 inducere aut approbare mentientes, tamen dum per-
 mittit, aut bene utitur alieno mendacio, ea ipia quo-
 dammodo facere ac coram esse auctor videatur, de
 qua re alius. Nil veritate pulcherris efficaciq; venit
 plenus veritatis o, ipsissimæ veritatis p, ut testimonium
 perhibere veritatis q, nec alios dixit Deo adoratores
 placere quàm qui in veritate id faciunt. Nota pro ve-
 ritate lata sententia, quod vinceret vivum, regem,
 mulieres, omnia r: de laudibus eiusdem Augustinus f.
 Curq; nihilominus, & ament eandem homines, &
 oderint simul r, ita ut oriatur odium veritatis ex im-
 modico amore ejusdem, ac sicut iphus & ex superbia:
 unde fit ut quum quod quis verum putat, ejus oppo-
 situm credere nolit, ac sibi proponi oderit etiam si re ipia
 fit verum. Summus Dei ad declarans mendax & menda-
 citæ pater u est, displicet lectatoribus ejus arguens illos
 veritas, & odio habetur; sicut ea de causa in odium
 Holophernis Achior incurrit x: Jeremias populi y:
 Micheas & Zacharias regum Israel: Joannes b Ba-
 ptista Herodis: Paulus Galatarum e. Azymi syncerita-
 tis & veritatis adhibendi ad epulas d, sed cum lactu-
 scis agrestibus e, Amara est, veritas; inquit Hieron.
 f, & qui eam prædicant, replentur amaritudine, in azy-
 mii enim veritatis & synceritatis, Domini pascha celebra-
 tur, & cum amaritudinibus comeditur. Pilatus sola
 dulcedine vocabuli contentus veritatis: quum quod
 hæc esset quævisisset à Veritate prima, responsum non
 expectavit g.

Incerta, & occulta sapientia tua manifestasti mihi.)
 Prius dixi quo pacto quæ Hebræo vertunt primam
 vocem (in rebus) auliciter, præcedentibus jungunt
 excepto Hieronimo, qui etiam hæc reddidit sicut editio
 vulgata, nisi quod singulari numero utitur, & pro in-
 Lyrini in Psal. Tom. II.

tamen recitat manifestabis. Ait, & in occulto sapientia
 scire fecisti me, vel, in abscondito, vel, in penetrabili, idest,
 in corde, aut que latebant in abscondito reu arcano sa-
 pientia tua. Hoc placet Cajetano: Illud alius Hebræi-
 zantibus & Paraphrasi, & in abscondito cordis sapientia
 am docuit me. Hebræa sic habent וְעַל הַמְּסֹרֶת
 בְּמַחְבֵּי הַלֵּב בְּרַחֲמֶיךָ וְעַל הַמְּסֹרֶת וְעַל הַמְּסֹרֶת
 בְּמַחְבֵּי הַלֵּב וְעַל הַמְּסֹרֶת וְעַל הַמְּסֹרֶת בְּמַחְבֵּי הַלֵּב
 bini, in incerta: aut rebus, Sec. & in abscondito aut
 abscondito & clauso sapientia scire fecisti me. Hebræo illo-
 timo scire facere leu manifestare in aliquo dicitur pro
 quod est, aliquid, sicut videtur in bonitate h, idem est
 ac videre bonitatem. Quare sententia & vim phialis opti-
 mè LXX. expresserunt ut dicitur ad quodamque eorum
 וְעַל הַמְּסֹרֶת וְעַל הַמְּסֹרֶת בְּמַחְבֵּי הַלֵּב
 a. 105. 5]

Veritas enim
 modis dili-
 gat.

Veritas enim
 modis dili-
 gat.

Veritas enim
 modis dili-
 gat.

Veritas enim
 modis dili-
 gat.

Veritas enim
 modis dili-
 gat.

ta David ipsemet de seipso scripsit, nosq; in Pro- legomnis disputavimus, quem locum consule, ut melius intelligas presentem: ac ex recitatis opinio- nibus placet quam ipse approbo, Inter alias mi- nimè pfectam: nec enim peccati manifestatio: ei- tam arcanè cœnietur: non etiam dici meretur oc- cultam arcanè sapientia Divina: deniq; non erat oc- cultum peccatum aliis nonnullis hominibus. Certè non Demoniis, ut Angelos sanctos omittam voce Hebr. **דַּוִּד שִׁבְחָם**, Daniel utitur quum agit de prophetia aliqua obcuriore ac post multum tempus comprehendenda: & velut de promerendo offerenda, aperienda: unde Regi Tyri loquens Ezechiel e, ait ecce tu sapientior es Daniele, omne secretum non est abscon- ditum a te.

Mytheria unde dicta & quid. Mytheria vocabulo Græco ἀπό τῆ μύτης proprie arcanæ, secreta, abscondita; unde *mythologia mysta- gogicaque sermone*; nec ulla umquam fuit adeo barba- ra gens, religione aut secta, quæ non aliqua profite- retur talia. Abscondi tegiq; mysterium quum sigillatim oportet, ait Lactantius d, maxime à no- bis qui nomen fidei gerimus. Paulus a jebat se loqui fidelissimè oportet, ait Lactantius d, maxime à no- bis qui nomen fidei gerimus. Paulus a jebat se loqui fidelissimè oportet, ait Lactantius d, maxime à no- bis qui nomen fidei gerimus. Paulus a jebat se loqui fidelissimè oportet, ait Lactantius d, maxime à no- bis qui nomen fidei gerimus.

Dei sapientiam in mysterio, lege Mazzarianum f eruditè dicuntur de mytheris & arcanis apud Gentiles Hebræos; & cur etiam apud nos Deus voluerit, & quo pacto eorum notitia posse obtineri, vel retardari. Consulatur præterea Clem. Alexandr. g, Eusebius h, Nazianzenus i, Cyrillus h Jerololymitanus. Græcè Clem. Mytheria dicitur, ἀπό τῆ μύτης, & quasi ὑψηλὰ fabulosa. Credo quod gemens ac seipsum valde deplorans protreberet ista verba David, memò pti- oris erga se Divinæ benevolentie, simulq; obsecrans per adeo mysticam familiaritatem illam, ut quodammodo revocans Deus illam, in memoriam, non patereut in irritum abire. Revocabat Ezechias Deo in memoriam prima l. merita: Jerem. præcedentem in pro populo orationem m: è contrario Deus quamvis populus de- speraret juramentum; ut irritum faceret pactum, re- cordaturum se dicebat pacti sui cum illo in diebus adole- scentie ejus, & suscitaturum ei pactum sempiternum. Hoc fortassis vult David, ut Deus meminerit veritatis quam diligit, id est promissorum, & priorum illarum revelationum, quas communicare dignatus fuerat ali- quando. Arbitrantur nonnulli, post peccatum, fere per annum totum caruisse Davidem prophetie dono: & hoc videri verbis istis indicare & conqueri. Non habeo quid affirmem. Certum est, gratis data dona, è quorum numero prophetia est, non solum à peccatore quam definit esse iustus, non tolli, sed etiam peccatori denuo interdum concedi, quamvis quoque peccator est. Inferunt n alii quum dicuntur, incerta sapientia tua, id est Dei scientiam futurorum contingentium in nobis non esse certam, quia pendet ex certitudine objectorum secundum se, sed in Deo, quoniam scientia ejus pendet ex ac- cimine altitudineq; intellectus ipsius, qui in objecto secundum se incerto percipit certo quid futurum sit, habetq; majorem certitudinem secundum se, quam fit objectorum certitudo. Argumentantur hinc præte- rea quidam o de prædenti in se gratia sanctificante ac remissione peccatorum, neminem abiq; peculiari revelatione certum esse posse. Bene sequitur ex re- citatis antea hujus loci expositionibus prima & se- cunda. Nihil, ait August. tam occultum, nihil tam incertum. Chrysol. p, ad postremum inania pro- phetia colligit, qui quid ipsa Dei substantia sit cu- riosè quærent & perstruantur, ac invenire credunt posse toto loco naturali lumine, quum hic nos- ter Propheta incerta & ocella sapientie sibi revelata dicitur, magnum asserat Dominum, & magnam virtutem ejus, negatq; sapientia ejus esse numerum q. Eadem utitur Ambr. e reprehensione, tractans locum Job, & quia idemmet David asserat, ut *judicium factum apud Deum*.

Licet hoc etiam elicere, quantæ nobis agendæ gratiæ Christo, quod quæ audivit à Patre, non uni, aut alteri, aut paucis, sed omnibus tamquam amicis nota facit u, quæ etiam Reges ac Prophetæ quantavis vellent, videre & audire non poterunt; atq; the-

aurum absconditum aperuerit i: Nos potiore jurè quam Hebræi, gens incerta, ut habeamus non cere- moniam, jura judicia, univertam legem veterem; sed simus populus sapiens & intelligens a arcana mys- teria: non sicut gentes Deus omni nationi, ne Hebræi quidem; nec ita juxta sua manifestavit b: beatissimus, quia Deo placet, manifesta sunt nobis c. Illud verissi- mum voluntatum documentum eruitur, quod fides sci- ens voluntatem Domini, & non faciens, vaptabit multis d, & cui plus datum fuerit, plus requiretur d Luc. 12. 47 & cui plus datum fuerit, plus requiretur d Luc. 12. 47

quibus sacerdotes aspergerentur vestes: Arbitror A manu ipsa illam aspersionem usurpatam, sed digito qui alicubi è dicitur nominatur: fortassis etiam adhuc man- teneat ex animalis sanguine, id Sacerdos manu tenens & circummovens aspergebat, ut si columba esset e. Usita- tus nunc baptizantur ritus est per aspersionem, quem olim quoq; fuisse in usu, & non solum immerfio- nem, alibi docuit d, hujusmodi monumentum rei esse gene- rum utrum, quo Laurentius baptizabat, ut in ejus ba- sicula extra muros urbis religiosè aservatur: Et hoc in- nuere Pauli verba: *Asperges corda à conscientia mala*. In aspersione leprosi, & ejus qui mortuum terigisset, nec non in alterius cujuscumq; hominis plimumet ejus cor- pus & caro liquore attingebatur: postea corpus ac ves- tes albebantur. Sanguine Christi aspergimur, quia numero prope infirmos vix attingere dita potest: simul etiam tamen lavamur, quoniam infirmus est valor cu- jusvis guttæ & ita vocari potest inundatio brevita contum- gnam justitiam, sed & sicut dum aspergitur multi asperguntur, aliquos aqua non attingit, ita nonnullis non profuit Christi sanguis, nec omnibus quoq; con- cessus realis baptizatus. Aliis placet, *aspergere* denota- ri sacramenta legis veteris externamq; mundationem, per lavationem qua dealbamur super nivem, sacramenta novæ. Lanoe. de multitudinis monete per aspersionem. Quamquam fatendum est, *aspergere* ac *lavare* Hebr. dicitur **וָאָרַב**, **וָאָרַב**, hoc autem loco esse ver- bum **וָאָרַב**, **וָאָרַב**, in piel: quod proprie significat puri- ficare à peccato, expiare, mundare, tollere peccatum, illustrare.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

Am iniquitatem, & peccatum meum cognoscere me professus sum, atq; præ oculis semper habere; convictum judicio tuo, & beneficiorum quibus abutus sum onere oppressum, deniq; turpissime com- maculatam: sordes istas animi sordidissimas nolo Deus meus hyssopi asperione, quæ corpori adhibetur tantum, nec ultra penetrat intus, mundari & ablu- led sanguine Filii tui, & aquis Spiritus S. quas res asperio præfigurabat legalis per hyssopum iu- terdum colligatum ligno cedrino cum filo coccineo, & intinctam in sanguine victimæ, vel in aqua cui inessent occisi cineres animalis k. Munditiam hoc pacto asperio cinerem consequr, ipsaq; nive al- bior flum, sine ulla spiritualis lepræ macula, abiq; contagio morticini cadaverisq; liber etiam ero post ejusmodi aspersionem, à reatu percussoris Diaboli, & post ablutionem vestimentorum, valorum, loco- rum, totius corporis, ab omnium peccatorum tur- pidinibus.

Hic planè sensus communis Catholicis, qui præser- tim baptismum hic indicari docent: Davidem autem ob futurum pretium sanguinis Christi quod baptismum con- tinet, aliaq; sacramenta Ecclesie, veniam & sanctifi- cationem adeptum: & hanc etiam veritatem priori versu intellexisse dilectam à Deo, hæc incerta & oc- culta sapientia sibi manifestata, nonnulli, ut ibi dixi, pu- tant. Petrus Natalus i narrat, Savinianum Tricassinum martyrem quem adhuc gentilis versum istum quem l. g. fiet intelligere perciperet; eaq; de causa in cinere & cilicio prolustratus jacens, male le mori diceret, quam illius sententiam non percipere, ab Angelo re- postulatum accepisse, si baptizari vellet, nive candidio- rem evaturum, & quod quærebat intellecturum postea quum baptizatus esset, denuo audivisse, tunc demum quod quærisset, invenisse. Quicquid sit de narratio- nis veritate, multos August. m. teltatur propter igno- rantiam hyssopi omnino invenire non potuisse, quid sibi hic verius vellet.

Asperges me, Addeunt nonnulli, Domine, & Psalte- rium Romanum; led Hebr. Chald. Græcè, & apud veteriores patres non extat: quamvis in textu quorum- dam exprimitur, ut Anobrosi, Hieron. Remigii, Thomæ, Gregorii. Innocentius etiam in commentario exprimit, atq; Urbanus. Sumi potest verbum hoc vel pro imperativo, ut fit idem quod asperge, sive pro optativo aspergas, quo pacto futura non raro accipiuntur, vel proprie pro futuro. Asperfio non omnis facta scribitur hyssopo, nec sanguine, vel aqua, cineribus im- mersa, led nonnumquam nihil de asperio instrumento dicitur, mentio fit de liquore rei simul cum sanguine quibus

quibus sacerdotes aspergerentur vestes: Arbitror A manu ipsa illam aspersionem usurpatam, sed digito qui alicubi è dicitur nominatur: fortassis etiam adhuc man- teneat ex animalis sanguine, id Sacerdos manu tenens & circummovens aspergebat, ut si columba esset e. Usita- tus nunc baptizantur ritus est per aspersionem, quem olim quoq; fuisse in usu, & non solum immerfio- nem, alibi docuit d, hujusmodi monumentum rei esse gene- rum utrum, quo Laurentius baptizabat, ut in ejus ba- sicula extra muros urbis religiosè aservatur: Et hoc in- nuere Pauli verba: *Asperges corda à conscientia mala*. In aspersione leprosi, & ejus qui mortuum terigisset, nec non in alterius cujuscumq; hominis plimumet ejus cor- pus & caro liquore attingebatur: postea corpus ac ves- tes albebantur. Sanguine Christi aspergimur, quia numero prope infirmos vix attingere dita potest: simul etiam tamen lavamur, quoniam infirmus est valor cu- jusvis guttæ & ita vocari potest inundatio brevita contum- gnam justitiam, sed & sicut dum aspergitur multi asperguntur, aliquos aqua non attingit, ita nonnullis non profuit Christi sanguis, nec omnibus quoq; con- cessus realis baptizatus. Aliis placet, *aspergere* denota- ri sacramenta legis veteris externamq; mundationem, per lavationem qua dealbamur super nivem, sacramenta novæ. Lanoe. de multitudinis monete per aspersionem. Quamquam fatendum est, *aspergere* ac *lavare* Hebr. dicitur **וָאָרַב**, **וָאָרַב**, hoc autem loco esse ver- bum **וָאָרַב**, **וָאָרַב**, in piel: quod proprie significat puri- ficare à peccato, expiare, mundare, tollere peccatum, illustrare.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

Parva, calens, piceus purgans, petrosa, serena, Jucundissima, pluvie congrua, sponget aquam.

Nam penitentiam, inquit Hugo, humilem oportet esse, Charitate calentem, purgantem contritione; operibus duram satisfactoris; confessione peccata veluti timentem, lapore quodam corpus ab immoderata temperantem, pleuræ, hoc est lateri congruam pro- d. Illustrat hæc ille testimoniis divinarum litterarum. Ad hæc ad Petram Christi merita sunt & exempla. Legantur Phylologi o, quoniam scientiam intelligendis scripturis necessariam hinc inferit August. p, quod multi ob ignorationem intelligere nequeverunt hunc locum, ut pius etiam retuli. In consecratione & ulu aquæ benedictæ recitat Eccl. verum istum, de quo mentio fit in concilio Hannetensi q, & Durandus r tractat, & in instrumento asperio *aspergitur* nunc vocamus, & Græcè *μυρρίνη*, (quod est nomen etiam vasis aquæ lustralis) prout constat olim ligno cedrino, hyssopoq; per coccineum filum colligata, postunt mysticè multa considerari. Ipsamet hyssopus præter duos illa, quæ dixi, humilitatem ac penitentiam, denotare, potest, ut August. docet, fidem corda purificantem l. Lignum cedrinum procerum, impuribile, odoratum finumq; spei firmitatem & celsitatem, quæ robur dat in diversis & suo quasi odore serpentina fugat tentationes: coccineum filum, ardentem charitatem. Ad hæc humil- itate herbe cum præalta arbore nexus (disputavit Salomon à Cedro quæ est in Libano ad hyssopum quæ egreditur de pariete u) coccineo filo factus, designat vivine per- sonæ unionem cum humana natura, ex extrema Charitate coalentem. Qui se ipsum hæc aspergit aqua, illi redit juxta parvam x, animus, eiq; reviviscit, ut solet, cui examinatio, inspergitur frigida. Præte- rea Cedrus erux est (creditur de Cedro fuisse, cantio; Ecclesia, Super omnia ligna cedrorum tu sola excel- sor) hyssopus, Christus est affixus, coccineum filum sanguis ejus, liberationis humanæ, & symbolum, & causa, quondam Raab meretrix z. De Christo vari- cinatur Iaias a, *iste aspergit gentes multas* & *super ipsum continebunt Reges vestium*, videl. sicut obduperant antea quod inglorius erat aspectus ejus, inter filios homi- num. b. In hyssopum asperiam sanguine, inter filios homi- nis efficiter arguente: Et supponit sapientie tantæ divi- natione. Obulerunt iudici abluente manus magis indicat illa purificatio, quæ fiebat sanguine passeris occit. In quo lenientia concordant Haimo & Beda, prout de leprolo loquuntur, Bruno item Carthusianus & Cassiodorus; item Ambrosius & Didymus, Theodo- retus, Eusebius, Basilus, Auctor h quæstionum u- triusq; testamenti, Isidorus i meminerunt de fasciculo hyssopi, quo quum intinctus esset in sanguine agni, as- pergebatur super limiaræ, & uterq; postea ne læderet percussor l, sed hæc non erat proprie mundatio, sed ad mundandum infirma alperio. Cyrillus attendit in hyssopo calefascendi vim, quod; ad subducendam alvum sumatur, & pituitæ concreciones, atq; crassas humo- res acuat, & expurget, hujusmodi esse spirituales gratiam, quoniam spiritu ferventes efficit, ac sordes omnes in nos latenter infusa, tamquam ignis extenuat, ut didicere dicamur, *lupricari Spiritu S. igne*. Latini fere omnes cum August. præterea, Bernardus l, & Eucherius m, Guilielmus n Durandus, medicam vim quoq; in herba ista cum puritate considerant & ad hære- centiam ad petram, ita, ut eam quoq; penetret, quod item pulmones purget, Phtiriasis resistat, & phtirigini in capite, tumant fæcet, necet tinea pediculorq; colorem in corpore foveat; medeatur istibus serpentium, juvet comitales, cibi appetitiam excitet, ciat ur- inam, & mentes, horros febrium extuit, acuar vim, quæ humilitatis virtuti secundum tropologiam, vel penitentia accommodat præ ceteris Hugo Cardin. & Urbanus Papa. Recitat ille proprietates hyssopi, licet non omnes.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

Parva, calens, piceus purgans, petrosa, serena, Jucundissima, pluvie congrua, sponget aquam.

Nam penitentiam, inquit Hugo, humilem oportet esse, Charitate calentem, purgantem contritione; operibus duram satisfactoris; confessione peccata veluti timentem, lapore quodam corpus ab immoderata temperantem, pleuræ, hoc est lateri congruam pro- d. Illustrat hæc ille testimoniis divinarum litterarum. Ad hæc ad Petram Christi merita sunt & exempla. Legantur Phylologi o, quoniam scientiam intelligendis scripturis necessariam hinc inferit August. p, quod multi ob ignorationem intelligere nequeverunt hunc locum, ut pius etiam retuli. In consecratione & ulu aquæ benedictæ recitat Eccl. verum istum, de quo mentio fit in concilio Hannetensi q, & Durandus r tractat, & in instrumento asperio *aspergitur* nunc vocamus, & Græcè *μυρρίνη*, (quod est nomen etiam vasis aquæ lustralis) prout constat olim ligno cedrino, hyssopoq; per coccineum filum colligata, postunt mysticè multa considerari. Ipsamet hyssopus præter duos illa, quæ dixi, humilitatem ac penitentiam, denotare, potest, ut August. docet, fidem corda purificantem l. Lignum cedrinum procerum, impuribile, odoratum finumq; spei firmitatem & celsitatem, quæ robur dat in diversis & suo quasi odore serpentina fugat tentationes: coccineum filum, ardentem charitatem. Ad hæc humil- itate herbe cum præalta arbore nexus (disputavit Salomon à Cedro quæ est in Libano ad hyssopum quæ egreditur de pariete u) coccineo filo factus, designat vivine per- sonæ unionem cum humana natura, ex extrema Charitate coalentem. Qui se ipsum hæc aspergit aqua, illi redit juxta parvam x, animus, eiq; reviviscit, ut solet, cui examinatio, inspergitur frigida. Præte- rea Cedrus erux est (creditur de Cedro fuisse, cantio; Ecclesia, Super omnia ligna cedrorum tu sola excel- sor) hyssopus, Christus est affixus, coccineum filum sanguis ejus, liberationis humanæ, & symbolum, & causa, quondam Raab meretrix z. De Christo vari- cinatur Iaias a, *iste aspergit gentes multas* & *super ipsum continebunt Reges vestium*, videl. sicut obduperant antea quod inglorius erat aspectus ejus, inter filios homi- num. b. In hyssopum asperiam sanguine, inter filios homi- nis efficiter arguente: Et supponit sapientie tantæ divi- natione. Obulerunt iudici abluente manus magis indicat illa purificatio, quæ fiebat sanguine passeris occit. In quo lenientia concordant Haimo & Beda, prout de leprolo loquuntur, Bruno item Carthusianus & Cassiodorus; item Ambrosius & Didymus, Theodo- retus, Eusebius, Basilus, Auctor h quæstionum u- triusq; testamenti, Isidorus i meminerunt de fasciculo hyssopi, quo quum intinctus esset in sanguine agni, as- pergebatur super limiaræ, & uterq; postea ne læderet percussor l, sed hæc non erat proprie mundatio, sed ad mundandum infirma alperio. Cyrillus attendit in hyssopo calefascendi vim, quod; ad subducendam alvum sumatur, & pituitæ concreciones, atq; crassas humo- res acuat, & expurget, hujusmodi esse spirituales gratiam, quoniam spiritu ferventes efficit, ac sordes omnes in nos latenter infusa, tamquam ignis extenuat, ut didicere dicamur, *lupricari Spiritu S. igne*. Latini fere omnes cum August. præterea, Bernardus l, & Eucherius m, Guilielmus n Durandus, medicam vim quoq; in herba ista cum puritate considerant & ad hære- centiam ad petram, ita, ut eam quoq; penetret, quod item pulmones purget, Phtiriasis resistat, & phtirigini in capite, tumant fæcet, necet tinea pediculorq; colorem in corpore foveat; medeatur istibus serpentium, juvet comitales, cibi appetitiam excitet, ciat ur- inam, & mentes, horros febrium extuit, acuar vim, quæ humilitatis virtuti secundum tropologiam, vel penitentia accommodat præ ceteris Hugo Cardin. & Urbanus Papa. Recitat ille proprietates hyssopi, licet non omnes.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio. Hyssopi mi- sica appli- catio.

